

## Alte Drucke

### **Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ**

**Chyträus, David**

**Lipsiae, 1592**

**VD16 C 2504 T. II**

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI ET DOMINO, D. JOHANNI FRIDERICO, STETINI,  
POMERANIAE, CASSVBIORVM ET Vandalorum Duci, Principi Rugiae, Comiti  
Caicorum, &c. Domino suo clementissimo, S. D.

---

#### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122**

EXPLICATIO

MICHEÆ ET NAHVMI  
PROPHETARVM.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI  
ET DOMINO, D. IOHANNI FRIDERICO,  
STETINI, POMERANIAE, CASSVBIORVM ET  
Vandalorum Duci, Principi Rugiæ, Comiti Caicorum, &c.  
Domino suo clementissimo, S. D.



**V** T IN DEO, CVIVS IMA-  
ginem & vices in his terris p̄j & laudati Reges ac  
Principes gerunt, Sapientia omnium gubernatrix, &  
iusticia, ac bonitas, supra ceterarum virtutum cho-  
rum, præcipuè eminent & elucet: ita in sanctis &  
DEO caris Principibus ac Regibus, quò ad Dei co-  
gnationem & similitudinem propius accedunt, eò il-  
lustriorem illorum sapientiam, iusticiam & clementi-  
am in reliquo genere humano fulgere & conspici de-  
cet. Nam Deus, eam quoq; ob causam, Principes ac

Magistratus reliqua hominum multitudini præfecit, totumq; ordinem politicum in-  
stituit, ut diuine sapientie, iusticie, bonitatis & presentie in genere humano testi-  
monia & specula essent: in quibus sapientia legum, discernens recta à prauis, qua-  
rum custodia & executio inter homines viris principibus commendata est: & iu-  
sticia Dei flagitans obedientiam cum Lege congruentem, & seuerissimè puniens  
scelera in priuatis & totis gentibus: & bonitas ac presentia Dei in societatis huma-  
na & ordinis politici conseruatione miranda, laceret ac conspiceretur. ac ut in co-  
tu & frequentia hominum, vinculis Magistratuū & Legum colligata & deuincta,  
veram Dei conditoris noticiam alijs alijs impertire, & suæ fidei ac confessionis de  
Deo, & iusticia, dilectionis, beneficentia & ceterarum virtutum Deo placentium  
testimonia & exempla ostendere possent. Etsi autem ethnici quoque de princi-  
pibus & magistratibus grauissimè dixerunt: Δίχη νόμος τέλει ἐστὶ: Νόμος δὲ ἀρχῶν  
& ἀρχῶν. ἀρχῶν δὲ εἰνὼν θεῶ, & πάντα νομοῦντι, αὐτὸς αὐτὸν ἐστὶ ὁμοιότητα θεῶ δι-  
δακτὸς κατὰ τὴν φύσιν: tamen in sola ecclesia Dei, hæc eximia & diuina virorum princi-  
pum decora & ἀξιώματα, & veri societatis politica fines luculentè demonstrantur:  
& norma sapientie gubernatricis imperiorum & vite priuata certa & immota  
proponitur Verbum Dei seu doctrina ab ipso Deo tradita: ut vera Dei agnitionis  
& inuocationis (qui summus sapientie nostræ gradus, & principis est virtus ma-  
xima, nosse Deum) & omnium regendæ Reipublicæ & totius communis vitæ consili-  
orum & actionum regula esset.

Alitur autem & illustratur hæc sapientia, exemplis & historijs Prophetica  
& alijs: quarum lectio cum omnibus ceteris ordinibus utilis & iucunda, tum vero  
Principibus in primis necessaria est. Quia & doctrina ac legibus vitam gubernan-  
tibus multum lucis historia adferunt, & sapè in Repub. consilium monstrant,  
& priuatim in animis amorem virtutis accendunt & confirmant. In primis vero  
Prophetica historia, & in his, Michea, Osea, Esaiæ, & Regum τὸν γέναν, Iosua,  
Iosaphat, Ahas, Ezechia res gesta, de multis maximis rebus, Principes & priuatos er-  
diunt & confirmant. Nam & testimonia de omnibus doctrina Christiana articulis,  
de vero DEO, de Lege & ira Dei ac pœnis aduersus peccata, de Euangelio, de  
de Remissione peccatorum, de Persona, Officio & Beneficijs Christi, de veris cul-  
bus Dei, de aternis premijs & pœnis illustrata, & omnibus ad animarum salutem  
cognitu necessaria continent: & in historia Ezechia, Iosaphati, formam pie go-  
bernationis Ecclesiarum & Rerumpub. & exempla calamitatum & mirandarum  
liberationum in gubernatione: Item causas bonæ & felicitis gubernationis, & hor-  
ribilium mutationum & euerfionis ciuitatum ac regnorum, proponunt: Quarum  
consideratione omnes gubernatores utiliter moneri & iuari non dubium est.

Magna igitur cum voluptate intelligo, & toti Germania de hac felicitate  
gratulor, quod inclyta Cels. vestra, illustrissimorum patris sui Philippi, & au-  
terni Philippi Electoris Palatini, & auunculi Ioannis Friderici, Saxonie Electoris,  
laudatissima memoria principum, eximia pietatis, sapientia, iusticia, bonitate &  
constantia gloria præstantium exempla imitans, tum ceteras horum virtutes  
dudò in totius vite gubernatione exprimere studet, tum verò adsiuam & atten-  
tam lectionem historia & doctrinae sacrae, quam vult Deus unicam & immortalem  
vite normam esse, & rerum maximarum, in alijs imperijs & regnis, etiam apud  
ethnicos gestarum, cognitionem studiosè suscipit. Hac de causa etiam, illu-  
stris. Cels. Vestra non ingratum fore duxi officium meum, quo partem Historie pro-  
pheticae, videlicet Michea conciones, breui dispositione à me illustratas, inclyta  
Cels. Vestrae inscribere, & hoc subiectionis & obseruantia testimonio, Inclyta Cels.  
Vestra reuerenter, me, meaq; studia commendare volui. Filium Dei bonorum  
& sanctorum principum custodem oro, vt inclytam Cels. Vestram incolumem &  
florentem seruet, & ad salutem patriæ ac multarum gentium clementer gubernet.  
Datum Rostochij, prid. Calend. Nouemb. Anno 1564.

Inclytam Cels. V.

Reuerenter colens

Dauid Chytraeus